Quelle: https://manuscripta.at/?ID=79
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ta. yle autem est materia.

De terra

Terra est elementum accomodatissimum homini. Illa enim hominem ut celum continet deum et angelos. Nascentes excipit natos alit semel editos sustinet. hec sola est que numquam irascitur homini et aque nos submergant. Aer infectus pestilenciam inducit et ignis concremet. Terre forma est rotunda unde et orbis est dicta. Si enim quis in aere positus eam desuper inspiceret tota enormitas moncium et concavitas vallium minus apparerent quam digitus unus si pilam pergrandem in manu teneret. Circuitus autem terre c.lxxx stadiorum milibus mensuratur que in duodecies mille miliaria et inter duo computantur. Naturaliter autem terra est frigida et arida unde et arida dicitur. Omnia pondorosa feruntur ad terram sicut ad centrum. Terra extrinsecus despecta est tamen intra se contineat preciosa metalla. Mater est fecunditatis nec enim quicumque creari potest nisi in terra. Terra dicitur a rotunditate circuli quia sicut rota est. Unde brevis in rotella orbiculus dicitur. Undique enim oceanus circumfluens eius in circulo ambit fines. Divisus autem est inter favam equibus una pars asya altera europa. altera affrica nuncupatur. Quas tres partes orbis veteres non equaliter diviserunt. Nam asya a meridie per orientalem usque ad septentrionalem pervenit. Europa a septentrione usque ad occidentem atque inde affrica ab occidente usque ad meridiem. Unde evidenter due orbem dimidium tenentur. scilicet europa et affrica. alterum vero dimidium sola asya. Terra sicut homine percusso amplius non recipit ut dicit Plinius sed penam exsolvere facit. Sicut in medio corporis animalis ita infirmus in medio terre centrum dicitur et ibi est maxime de materia et ideo maxime de non ente. Ad quem inferni si petam quod nichil est tendit ad infinitum.

De aqua

Aqua secundum elementum est ut dicit ysydorus. Quamvis ut dicit phylosophus immensa profunditas dicitur abyssus quasi absens fundus. sed tamen habet fundum quamvis nimis profundum. Quot fontes in hyeme sunt calidi in estate frigidi hec est causa. In estate calor aeris repellit frigus intra terram et inde fit aqua frigida et humida. que de lapide manat levior est et limpidior ventrem et urinam provocat contra multe medentur. Inter omnes aqua pluvialis valet quia levis est et dulcis et facile digeritur cito calefacit et cito infrigidat. fluxum ventris stringit posita in cysterna optime loca minus est humida. Unde non nocet stomacho sed potius confortat eum. Que ad ortum solis vel ad meridiem et de montibus calidis cadit vel exit hec propinquat aque pluviali. Que vero contra occidentem vel septentrionalem pessima est. Petrinum (?) in vesica vel renibus creat. Mulieres autem steriles facit teporem infert et rigorem et in hiis egritudini sudorem ventris fluxum in nauseam provocat. Aqua quamvis est sordes lavat in nimis fluit. Aque cum suum non deserit in mare revertitur. Diluvium sequitur terre propinqua est lutum facit pauperum potus clara est habetur pro speculo vestigium navis non retinet ignem extinguit sitim sedat sola aqua non impinguat. Aqua laudabilis duo in se continet. unum ex sui efficacia. aliud ex sui cursus origine que sunt claritas et viriditas nullumque habens colorem nec saporem nec odorem nec fetorem quia hec signaverit eam habere composicionem secundam et mixtionem quantitatem habere cum non habeat nisi primam que est ex frigiditate et humiditate. Aqua simplex ut Galienus tribus sensibus experitur visu ut sit supreme claritatis. gustu ut sit nullius suavitatis olfactu ut sit nullius odoris. Altera est sui cursus origo. ysaac.

Aqua quasi equa elementum [illegible] ab equo [illegible] unde equor quod sit planum in medio colligitur in flumina diffunditur in fontes dividitur per simplices [illegible] per [illegible] dispergitur per [illegible] attenuatur [illegible] terram cingit [illegible] regiones et [illegible] civitates dividit. Eius immensa profunditas abyssus dicitur quia abest fondus habet tamen fundum quamvis nimis profundum.